

notitiae

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

347

IUNIO 1995 - 6

CITTÀ DEL VATICANO

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica
 editi cura Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum
 Mensile - sped. abb. Postale - 50% Roma
 Tipografia Vaticana

SOMMAIRE - SUMARIO - SUMMARY - ZUSAMMENFASSUNG 78-79

IOANNES PAULUS PP. II

Acta: Canonizationes: 288; Beatificationes: 288; « Ut unum sint »
 Ioannis Pauli PP. II Litterae Encyclicae de oecumenico officio:
 289-296.

Allocutiones: Il sacerdote è il ministro dell'amore divino: 297-300.

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Summarium Decretorum 301-315

Varia: La lettre de la Congregation pour le triple jubilé de Dom Jean
 Claire, o.s.b.: 316-317.

STUDIA

La vita consacrata alle sorgenti della liturgia. In margine al Sinodo
 dei Vescovi sulla vita consacrata (*Armando Cova*, s.d.b.) 318-336

AUCTOSITAS LITURGICA

Commissiones Episcopales de Liturgia: Lusitania: Actividades do Secre-
 tariado Nacional de Liturgia 337-339

Editiones textuum liturgicorum 340-348

Ioannes Paulus PP. II (pp. 289-300)

Nous proposons quelques passages de la Lettre encyclique *Ut unum sint* sur l'engagement œcuménique, publiée le 30 mai 1995. Le texte fait référence en particulier au rôle primordial de la prière pour l'unité des chrétiens, à l'importance de la parole de Dieu dans le dialogue œcuménique et aux convergences entre les Eglises chrétiennes dans divers aspects du culte divin et de la vie sacramentelle.

Nous publions aussi une partie de l'homélie prononcée par le Saint-Père à l'occasion d'une ordination sacerdotale. Dans le texte se trouve souligné le fait que le prêtre, marqué du caractère du sacerdoce sacramentel, est appelé à être médiateur de Dieu au milieu des hommes, à rendre réellement présent le Christ sous les espèces du pain et du vin dans le Sacrifice eucharistique, et à devenir ministre de l'amour divin.

* * *

Se transcriben algunos fragmentos de la Carta Encíclica *Ut unum sint* sobre el compromiso ecuménico, publicada el 30 de mayo 1995. El texto se refiere en particular al papel principal que tiene la oración en la unidad de los cristianos, la importancia de la palabra de Dios en el diálogo ecuménico y las convergencias entre las Iglesias cristianas en los varios aspectos del culto divino y de la vida sacramental.

Se publica también parte de la homilía del Santo Padre pronunciada con ocasión de la ordenación sacerdotal. En ella se subraya el carácter sacramental del sacerdocio por el que el sacerdote es sellado y llamado a ser mediador entre Dios y los hombres para vivir y anunciar el misterio de la presencia de Dios en medio de los hombres, hacer presente a Cristo bajo las especies de pan y vino en el Sacrificio eucarístico y ser ministro del amor divino.

* * *

Excerpts are given from the Encyclical Letter *Ut unum sint* on the commitment to ecumenism published 30 May, 1995. The text recalls the indispensable place held by prayer in the work for christian unity, the importance of the word of God in the ecumenical dialogue is underlined and the convergence of divine worship and the sacramental life of the various Christian Churches.

A part of the homily of the Holy Father on the occasion of a priestly ordination is given. Attention is draw to the role of mediator between god and humanity which is part of the sacramental priestly character. The priest is called to live and announce

the mystery of God's presence in the midst of his creatures and to render truly present Christ Jesus under the appearance of bread and wine in the Eucharistic sacrifice, and to become a minister of divine love.

* * *

Wir geben einige Auszüge der am 30. Mai 1995 veröffentlichten Enzyklika *Ut unum sint* wieder. Der Text geht in besonderer Weise ein auf die Bedeutsamkeit des Gebets um die Einheit der Christen, die Wichtigkeit des Wortes Gottes im ökumenischen Dialog und auf die Gemeinsamkeiten zwischen den christlichen Kirchen im Hinblick auf den Gottesdienst und das sakramentale Leben.

Des weiteren publizieren wir einen Teil der von Papst Johannes Paul II. anlässlich einer Priesterweihe gehaltenen Ansprache. Darin hebt der Papst hervor, daß der Priester – gezeichnet mit dem Charakter des sakramentalen Priestertums – berufen ist, Mittler zu sein zwischen Gott und Mensch, das Geheimnis der Gegenwart Gottes unter den Menschen zu leben und zu verkünden, Christus im eucharistischen Opfer gegenwärtig zu setzen unter den Gestalten von Brot und Wein sowie Diener der göttlichen Liebe zu werden.

Studia (pp. 318-336)

L'étude d'Armando Cuva, s.d.b., intitulée *La vie consacrée aux sources de la Liturgie*, contient une analyse approfondie du matériel recueilli à l'occasion de la 9^e assemblée générale ordinaire du Synode des évêques (2-29 octobre 1994) sur la vie consacrée et sa mission dans l'Eglise et dans le monde.

De l'examen du matériel, l'Auteur fait émerger divers thèmes particuliers, comme le rapport entre la vie communautaire et la liturgie, la place centrale de l'Eucharistie, la liturgie aux sources de la spiritualité chrétienne, l'inculturation de la liturgie, le monachisme et le culte divin. A partir des ombres et des lumières, signalées par les Pères synodaux, l'Auteur a pu aussi extraire des rappels répétés à un engagement renouvelé pour la formation liturgique, pour la fréquentation du sacrement de la réconciliation, pour la participation aux initiatives dans le domaine liturgique et pour la nouvelle évangélisation.

* * *

El estudio de Armando Cuva, s.d.b., titulado *La vida consagrada en las fuentes de la Liturgia*, analiza el material recogido con ocasión de la IX Asamblea general ordinaria del Sínodo de los Obispos (2-29, octubre, 1994) sobre la vida consagrada y misión en la Iglesia y en el mundo.

Examinado el material, el A. pone de relieve diversos puntos particulares relacionados entre la vida comunitaria y la liturgia, la centralidad de la Eucaristía, la liturgia fuente de la espiritualidad cristiana, la inculturación de la liturgia, el monacato y el culto divino. Ha sacado de las luces y sombras señaladas por los Padres sinodales las consecuencias para una renovación del compromiso en la formación litúrgica, en la frecuencia del sacramento de la Reconciliación, en la participación en las iniciativas en el campo litúrgico y en la nueva evangelización.

* * *

The study of Armando Cova, s.d.b. entitled *La vita consacrata alle sorgenti della Liturgia* presents an analysis of the material which was gathered on the occasion of the IXth General Assembly of the Synod of Bishops (2-29 October 1994) which was dedicated to the consecrated life and its mission in the Church and in the world.

The author has underlined the relationship between community life and the liturgy, the centrality of the Eucharist, the liturgy as the source of christian spirituality, inculturation and the liturgy, monasticism and divine worship. From the observations of the Fathers of the Synod the author has shown how there emerged frequently the call for a renewed commitment to liturgical formation, the frequency of the Sacrament of Reconciliation, participation in the initiatives in the liturgical sphere and new evangelization.

* * *

Die Studie *La vita consacrata alle sorgenti della Liturgia* von Armando Cova s.d.b. enthält eine tiefgehende Analyse der Beiträge, die anlässlich der IX. Generalversammlung der Bischofssynode vom 2.-29. Oktober 1994 zum gottgeweihten Leben und seiner Sendung in Kirche und Welt zusammengetragen worden sind.

Der Autor hebt verschiedene Schwerpunkte hervor wie etwa die Beziehung zwischen dem gemeinschaftlichen Leben und der Liturgie, die zentrale Bedeutung der Eucharistie, die Liturgie als Quelle der christlichen Spiritualität, die Inkulturation der Liturgie, das Ordensleben und der Gottesdienst. Aus den verschiedenen von den Synodenvätern vorgetragenen Argumenten werden vor allem folgende Notwendigkeiten deutlich: ein erneuerter Einsatz für die liturgische Bildung, den Empfang des Bußsakramentes sowie die Teilnahme an den Initiativen im liturgischen Bereich und bei der Neu-Evangelisierung.

Acta

CANONIZATIONES

Sancta Zdislava, *mater familiae*, die 21 maii 1995, in civitate Olomucena (Boemia).

Sanctus Ioannes Sarkander, *presbyter*, die 21 maii 1995, in civitate Olomucena (Boemia).

BEATIFICATIONES

Beatus Augustinus Roscelli, *presbyter*, die 7 maii 1995, in Basilica Vaticana.

Beata Maria a Sancto Ioseph Alvarado Cardozo, *virgo*, die 7 maii 1995, in Basilica Vaticana.

Beata Maria Helena Stollenwerk, *virgo*, die 7 maii 1995, in Basilica Vaticana.

Beata Maria Dominica Brun Barbantini, *religiosa*, die 7 maii 1995, in Basilica Vaticana.

Beata Iosephina Gabriela Bonino, *virgo*, die 7 maii 1995, in Basilica Vaticana.

« UT UNUM SINT »
IOANNIS PAULI PP. II
LITTERAE ENCYCLICAE
DE OECUMENICO OFFICIO

Die 30 maii 1995 publici iuris factae sunt Litterae Encyclicae Summi Pontificis Ioannis Pauli II de oecumenico officio, quibus titulus « Ut unum sint ».

*Placet nobis hic referre ea, quae in nn. 21-27 et 44-46, quodammodo ad sacram Liturgiam spectant.**

21. « Haec cordis conversio vitaeque sanctitas, una cum privatis et publicis supplicationibus pro christianorum unitate, tamquam anima totius motus oecumenici existimandae sunt et merito oecumenismus spiritualis nuncupari possunt ».⁴²

In via proceditur quae ad cordium conversionem ducit rhythmum amoris, qui ad Deum se confert pariterque ad fratres, eos quoque qui non sunt nobiscum in plena communionem. Ex amore optatio oritur unitatis etiam in eis qui illius necessitatem ignoraverunt. Amor artifex est communionis inter personas interque Communitates. Si nos amamus, tendimus ad nostram communionem confirmandam, ad eam in perfectionem dirigendam. Amor se vertit ad Deum utpote perfectum communionis fontem – unitatem Patris, Filii et Spiritus Sancti –, ut vim hauriat ab eo suscitandi communionem inter personas et Communitates, aut illam redintegrandi inter christianos adhuc divisos. Amor est aqua profluens altissima, quae vitam dat et vigorem infundit processui ad unitatem.

Eiusmodi amor perfectissime declaratur oratione communi. Cum fratres, qui non in plena sunt communionem inter se, una conveniunt ut orent, Concilium Vaticanum II eorum orationem definit animam

* Cf. *L'Osservatore Romano*, 31 maggio 1995.

⁴² Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, 8.

totius motus oecumenici. Ea est – docet etiam Concilium – «perefficax medium gratiae unitatis», «genuina significatio vinculorum, quibus catholici cum fratribus seiunctis adhuc coniunguntur».⁴³ Tum etiam, cum non sensu formali oratur pro unitate christianorum, sed ob alias causas, veluti, exempli gratia, pro pace, oratio per se significatio fit et confirmatio unitatis. Oratio communis christianorum ipsum Christum invitat ad eorum visitandam communitatem, qui illum implorant: «Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum» (*Mt* 18, 20).

22. Cum una inter christianos oratur, unitatis exitus propior apparet. Longa christianorum historia, multiplicibus fragminibus signata, tunc recomponi videtur, ad illum tendendo unitatis Fontem, qui est Iesus Christus. Is «est heri et hodie; ipse et in saecula» (cf. *Heb* 13, 8). In communionem orationis Christus vere adest; precatur «in nobis», «nobiscum» et «pro nobis». Is nostram dirigit orationem in Spiritu Consolatore, quem Ecclesiae suae promisit et dedit iam in cenaculo Hierosolymitano, cum illam in sua primigenia unitate constituit.

In unitatis via oecumenica primae partes haud dubie ad orationem communem spectant, ad coniunctionem orantem eorum, qui simul ad ipsum Christum se applicant. Si christiani, quamvis divisi sint, magis usque Christo se circumfundent in oratione communi, magis conscii erunt quam angustum sit id, quo dividuntur, prae eo, quo iunguntur. Si crebrius et constantius coram Christo ad orandum convenient, ad obeundam integram acerbam humanamque divisionum summam confirmabuntur, et una erunt in communitate illa Ecclesiae, quam Christus in Spiritu Sancto format continuo, etsi fragilitates et humanae angustiae non desunt.

23. Denique, orationis communitas inducet ad respiciendam oculis novis Ecclesiam atque Christianitatem. Non est enim obliviscen-

⁴³ *Ibid.*

dum Dominum a Patre discipulorum suorum unitatem imploravisse, ut haec eius testificaretur munus et mundus in Patrem crederet, qui misit eum (cf. *Io* 17, 21). Affirmari potest motum oecumenicum ex experientia irrita ortum esse eorum qui, unicum Evangelium nuntiantes, recogitabant quisque de sua Ecclesia et Communitate ecclesiali; quae inconsequentia fugere non poterat eos, qui nuntium salutis audiebant in eaque impedimentum inveniebant ne nuntius evangelicus acciperetur. Grave hoc impedimentum pro dolor non est superatum. Id verum est; nondum in plena communione sumus, attamen quamvis divisiones existant, iter facimus ad plenam unitatem, eam unitatem, quae Ecclesiae apostolicae in suis exordiis propria erat quamque nos sincere quaerimus: hoc probat oratio nostra communis, fide ducta. In ea nos congregamur in Christi nomine, qui Unus est. Is nostra unitas est.

Oratio «oecumenica» muneri christiano servit eiusque probabilitati. Eam ob rem peculiari modo praesens esse debet in vita Ecclesiae et in omni industria quae unitati faveat christianorum. Idem est hoc, ac si semper nobis conveniendum sit in cenaculum Feria Quinta in Cena Domini, tametsi nostra praesentia in eo loco communis suum exspectat effectum, donec, impedimentis superatis perfectae communioni ecclesiali interpositis, omnes christiani in unicam Eucharistiae celebrationem convenient.⁴⁴

24. Gaudii causa est perspicere tam multas congressiones oecumenicas fere semper orationem admittere, immo ea confici. Hebdomada orationis pro unitate christianorum, quae mense Ianuario celebratur, vel circiter Pentecosten in aliquibus nationibus, pervulgata consuetudo et firmata facta est. Sed etiam extra eam multae sunt, per annum, opportunitates, quibus christiani ad coniunctim orandum inducuntur. Hoc in contextu, cupimus Nos ad peculiarem illam experientiam revocare, quod est Papae peregrinatio per Ecclesias, per varias Continentes variasque nationes oikoumenes huius aetatis. Conci-

⁴⁴ Cf. *ibid.*, 4.

lium Vaticanum II suasit – huius rei bene conscii sumus – Christi Vicario ut in se susciperet hoc ministerii sui apostolici peculiare exercitium. Sed plus dici potest. Concilium effecit ut haec Papae peregrinatio clara fieret necessitas, quo melius expleret munus Episcopi Romani in servitium communionis.⁴⁵ Nostrae hae visitationes fere semper occursum oecumenicum attulerunt et orationem fratrum communem, qui in Christo in eiusque Ecclesia unitatem quaerunt. Singularem omnino animi commotionem reminiscimur orationem communem Deo adhibitam Cantuariae cum Communionis Anglicanae Primate in cathedrali ecclesia Cantuariensi, die 12 mensis Maii anno 1982, cum, mirabili in illo aedificio, nostrorum longorum communis hereditatis annorum et tristium separationis, qui illam secuti sunt annorum significans agnoscebamur documentum;⁴⁶ nec possumus preces oblivisci, quas in Nationibus Scandinavis et Septentrionalibus peregrimus, in utraque America vel in Africa, vel apud Consilium Oecumenicum Ecclesiarum (die 12 mensis Iunii anno 1979), quod corpus sibi proponit ut vocet Ecclesias, quae illud participant, «ad metam communionis visibilis in una fide et in una communione eucharistica, in cultu atque in vita communi in Christo significata».⁴⁷ Et quomodo Nostram obliviscamur liturgiae eucharisticae participationem in ecclesia sancti Georgii, in Patriarchatu oecumenico (die 30 mensis Novembris anno 1979), et celebrationem in Basilica Sancti Petri inter Romae visitationem Nostri venerati Fratris, Patriarchae Demetrii I (die 6 mensis Decembris anno 1987)? Tunc, apud altare Confessionis, simul Symbolum Nicaenum Constanti-nopolitanum professi sumus, secundum textum nativum Graecum. Pauca verba non sufficiunt ad describendas proprias notas cuiuslibet horum orationis congressuum. Ob condiciones praeteriti temporis, quibus eorum quisque, modo dissimili, afficiebatur, omnes propriam et singu-

⁴⁵ Cf. Ioannes Paulus PP. II, Ep. Ap. *Tertio millennio adveniente* (10 Novembris 1994), 24: AAS 87 (1995), 19-20.

⁴⁶ Allocutio habita in cathedrali ecclesia Cantuariensi (29 Maii 1982), 5: AAS 74 (1982), 992.

⁴⁷ Coetus Oecumenicus Ecclesiarum, *Constitutio*, III, 1, in *Ench. Oecum.* 1, 1392.

larem habent eloquentiam omnes insculpti sunt in Ecclesiae memoria, quae a Paraclito dirigitur ad inquirendum plenam omnium in Christum credentium unitatem.

25. Non solus Papa factus est peregrinus. His annis tot digni ceterarum Ecclesiarum et Communitatum ecclesialium legati Nos Romae visitaverunt et cum eis precati sumus, in publicis ac privatis circumstantiis. Iam diximus de praesentia Patriarchae oecumenici Demetrii I. Velimus nunc mentionem etiam facere eius occursus orationis, quo sumus in eadem Basilica Sancti Petri, cum Archiepiscopis Lutheranis, primatibus Suetiae et Finniae, coniuncti in vesperarum celebratione, quinto exacto saeculo a canonizatione sanctae Brigidae (die 5 mensis Octobris anno 1991). Exemplum quidem est hoc, quandoquidem conscientia officii precandi pro unitate vitae Ecclesiae pars facta est necessaria. Non est eventus gravis, significans, quin mutua praesentia et precatione christianorum fruatur. Sed a nobis non possunt cuncti eiusmodi occursus percenseri, licet quisque sit dignus qui memoretur. Vere Dominus nos manu prehendit et ducit. Haec mutua, hae precationes permultas iam paginas scripserunt in nostro «Libro de unitate», qui «Liber» est semper nobis volvendus et lecturandus, ut ex eo impulsus hauriamus et spem.

26. Precatio, precationis communitas, nos sinit semper iterum invenire evangelicam horum verborum veritatem: «Unus est Pater vester» (*Mt* 23, 9), Pater ille, Abba, quem Christus ipse rogat, qui est Filius eique consubstantialis. Et etiam: «Unus est magister vester et omnes vos fratres estis» (cf. *Mt* 23, 8). Oratio «oecumenica» hanc detegit fundamentalem fraternitatis mensuram in Christo, qui mortuus est ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret, quo nos, facti filii in Filio (cf. *Eph* 1, 5), plenius patefaceremus incomprehensibilem veritatem paternitatis Dei, et simul veritatem de humanitate cuiusque nostrum propria.

Oratio «oecumenica», oratio fratrum sororumque haec omnia significat. Ii, idcirco quod sunt invicem seiuncti, eo maiore spe coniun-

guntur in Christo, ei suae unitatis suaeque communionis futurum committentes. Huic contextui rursus feliciter adhiberi potest Concilii doctrina: « Dominus Iesus, quando Patrem orat « ut omnes unum sint [...] sicut et nos unum sumus » (Io 17, 21-22), prospectus praebens humanae rationi impervios, aliquam similitudinem innuit inter unionem Personarum Divinarum et unionem filiorum Dei in veritate et caritate ». ⁴⁸

Ipsa cordis conversio, condicio potissima omnis verae inquisitionis unitatis, ex oratione manat eaque ad suum effectum adducitur: « Ex novitate mentis, ex sui ipsius abnegatione atque ex caritatis liberissima effusione proficiscuntur et maturescunt desideria unitatis. Ideo a Spiritu divino imploranda nobis est gratia sincerae abnegationis, humilitatis et mansuetudinis in serviendo, atque fraternae in alios animi liberalitatis ». ⁴⁹

27. Precatio pro unitate tamen non solum ad illum pertinet, qui vivit in contextu divisionis christianorum. In intimo illo et personali dialogo, quem quisque nostrum confert cum Domino in oratione, unitatis cura removeri non potest. Sic solummodo enim ea plene pars erit veritatis vitae nostrae et officiorum, quae in Ecclesia sumpsimus. Ut hanc necessitatem confirmarem, voluimus fidelibus Ecclesiae catholicae specimen proponere, quod exemplare Nobis videtur; specimen nempe sororis Ordinis Cisterciensium Strictioris Observantiae, beatae Mariae Gabrielae ab Unitate, quam Beatam proclamavimus die 25 mensis Ianuarii anno 1983. ⁵⁰ Soror Maria Gabriela, vocatione sua illecta ut segregata esset a mundo, vitam consumpsit in medita-

⁴⁸ Conc. Oecum. Vat. II Const. past. de Ecclesia in mundo huius aetatis *Gaudium et spes*, 24.

⁴⁹ Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, 7.

⁵⁰ Maria Gabriela Sagheddu, in Sardiniae oppido Dorgali nata anno 1914 monasterium Cisterciense Strictioris Observantiae Cryptae Ferratae ingressa est. Cognita per actionem apostolicam sacerdotis Pauli Couturier, orationum et oblationum spiritualium necessitate pro unitate christianorum, anno 1936, occasione data *Octo dierum supplicationis pro unitate*, vitam suam pro hac causa devovit. Post gravem morbum Soror Maria Gabriela mortua est die 23 mensis Aprilis anno 1939.

tione et in deprecatione, nisis tamquam centro capite 17 Evangelii sancti Ioannis, eamque pro Christianorum unitate devovit. Ecce: haec est cuiusvis deprecationis summa: devotio plena, et sine exceptione, propriae vitae Patri per Filium in Spiritu Sancto. Exemplum sororis Mariae Gabrielae nos docet efficitque ut intellegamus non unica esse tempora, condiciones vel loca precandi pro unitate. Christi oratio ad Patrem omnibus, semper et ubique exemplar restat.

44. Conversionis oecumenicae progressus significantes sunt etiam in parte quae ad Dei Verbum pertinet. Cogitamus in primis de eventu tam gravi pro variis linguarum coetibus, quales sunt Bibliorum conversiones oecumenicae. Post promulgatam a Concilio Vaticano II Constitutionem *Dei Verbum* Ecclesia catholica non poterat non accipere cum gaudio hoc effectum opus.⁷⁵ Eiusmodi conversiones, peritorum opus, tutum praebent fundamentum precationi et navitati pastorali omnium discipulorum Christi. Qui meminit quantum in divisiones valuerint, praecipue in Occidente, disputationes de Scriptura, intellegere potest quam notabilis progressio sint eiusmodi conversiones communes.

45. Renovationi liturgicae ab Ecclesia catholica peractae respondit in pluribus Communitatibus ecclesialibus coeptus cultum suum restaurandi. Earum aliquae, auspicio oecumenico nisae,⁷⁶ dimissa consuetudine suam liturgiam Cenae celebrandi raris tantummodo casibus, celebrationem dominicam elegerunt. Ceteroquin, cyclos lectionum liturgicarum comparando nonnullarum Communitatum christianarum occidentalium, reperitur easdem quoad necessaria conveni-

⁷⁵ Cf. Secretariatus ad Christianorum Unitatem fovendam et Consilium Exsecutorium Societarum Biblicarum Coniunctarum, *Principi per la collaborazione interconfessionale nella traduzione della Bibbia*, Documentum accommodatum (1968): *Ench. Oecum.* 1, 319-331, recognitum et completum in Documento *Directives concernant la cooperation interconfessionnelle dans la traduction de la Bible* (16 Novembris 1987), Tipografia Poliglotta Vaticana 1987.

⁷⁶ Cf. Commissio «Fides et Constitutio» Consilii Oecumenici Ecclesiarum, *Baptismus, Eucharistia, Ministerium* (Ianuario 1982): *Ench. Oecum.* 1, 1391-1447.

re. Semper ad libellam oecumenicam⁷⁷ in lumine collocata sunt liturgia et signa liturgica (imagines, icones, vestes sacerdotales, lux, thus, gestus). Praeterea in theologicis institutis, ubi futuri ministri formantur, studium historiae et significationis liturgiae incipit partes esse rationum studiorum, quasi id necessitas sit, quae nunc denuo detegatur.

Haec sunt consensionis signa ad multiplices vitae sacramentalis aspectus pertinentia. Equidem, ob discrepantias, quae ad fidem spectant, nondum potest eadem liturgia eucharistica celebrari; et tamen ardentem exoptamus unam Domini Eucharistiam celebrare coniunctim et haec optatio iam laus communis fit, eadem imploratio. Simul nos ad Patrem convertimus, idque magis usque « uno corde » facimus. Interdum, posse tandem hanc communionem sancire « veram, etsi nondum plenam », propius esse videtur. Quis abhinc saeculum hoc solum cogitaret?

46. Quae cum ita sint, iuvat commemorare ministros catholicos, aliquibus in certis definitisque casibus peculiaribus, sacramenta Eucharistiae, Paenitentiae, Unctionis Infirmorum aliis christianis posse ministrare, qui non in plena sunt communionem eum Ecclesia catholica, sed qui ardentem cupiunt illa recipere, ea libere petunt et fidem ostendunt quam Ecclesia catholica in haec confitetur sacramenta. Vicissim in peculiaribus casibus catholici quoque petere possunt eadem sacramenta a ministris earum Ecclesiarum, in quibus ea valida sunt. Condiciones, quibus haec mutue accipiuntur, normis statutae sunt earumque observantia est ad oecumenicum progressum necessaria.⁷⁸

⁷⁷ Exempli gratia, in ultimis coetibus Consilii Oecumenici Ecclesiarum Vancouverii anno 1983, et Camberrae anno 1991 et « Fides et Constitutio » Compostellae anno 1993.

⁷⁸ Cf. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, 8 et 15; *Codex Iuris Canonici*, can. 844; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 671; Pontificium Consiliorum ad Unitatem Christianorum fovendam, *Directoire pour l'application des principes et des normes sur l'oecumenisme* (25 Martii 1993), 122-125; *AAS* 85 (1993), 1086-1087; 129-131, *L.m.*, 1088-1089; 123 et 132, *L.m.*, 1087-1089.

Allocutiones

IL SACERDOTE È IL MINISTRO DELL'AMORE DIVINO*

« Gloria Dei vivens homo » (S. IRENEO DI LIONE, *Adversus haereses*, 4, 20, 7).

Carissimi neo-presbiteri! Nel giorno della vostra ordinazione desidero ricollegarmi alle parole di sant'Ireneo. Come sacerdoti siete infatti chiamati a compiere insieme con tutta la Chiesa l'«opus gloriae», la grande «opera della gloria», che si esprime in modo particolare nella liturgia del tempo pasquale, come ben viene sottolineato anche dal salmo responsoriale: «Ti lodino, Signore, tutte le tue opere e ti benedicano i tuoi fedeli. Dicano la gloria del tuo regno e parlino della tua potenza» (*Sal* 144/145, 10-11).

L'uomo quasi presta la sua voce alle creature, esprimendo con le proprie parole ciò che esse manifestano con la ricchezza e bellezza della loro stessa esistenza. E in questo modo egli diventa come il «sacerdote» dell'intera creazione, quasi il ministro dei misteri che Dio ha posto nel mondo creato. Nello sforzo di conoscere sempre più pienamente tali misteri, sottomettendo a sé tutta la terra, l'uomo porta a compimento la propria vocazione nel mondo visibile, quella cioè di essere stato creato ad immagine e somiglianza di Dio.

L'uomo è dunque «sacerdote» per tutta la creazione, ma diviene sacerdote in senso pieno e completo quando, segnato dal carattere del sacerdozio sacramentale, cammina nel mondo per annunziare agli uomini la magnificenza della gloria del Regno di Dio. Regno di tutti i secoli, nel quale si esprime, mediante la storia di ogni generazione, il «paterno» regnare di Dio stesso: «Paziente e misericordioso è il Si-

* Ex homilia die 14 maii 1995 habita, in Basilica Vaticana infra Missam ordinationis presbyterorum celebratam (cf. *L'Osservatore Romano*, 15-16 maggio 1995).

gnore, lento all'ira e ricco di grazia. Buono è il Signore verso tutti, la sua tenerezza si espande su tutte le creature» (Sal 144/145, 8-9).

Carissimi Fratelli! Le parole dell'odierna liturgia si iscrivono in modo particolare nella vostra ordinazione sacerdotale. Questo giorno rimarrà per sempre impresso nella vostra memoria. Come si potrebbe dimenticare un tale giorno? Ve ne resteranno impressi tutti i dettagli! Vi ricorderete specialmente di quanto Dio in questo giorno vi ha detto, sia mediante la parola interiore della coscienza, sia con gli accenti della liturgia durante la quale vi è stata conferita l'Ordinazione sacerdotale. E questo vi dico anche per la mia propria esperienza.

Ciascuno di voi, partecipando al sacerdozio di Cristo, è chiamato ad essere mediatore tra Dio e gli uomini. Si potrebbe applicare a lui ciò che la Chiesa proclama nella seconda lettura odierna, tratta dall'Apocalisse di san Giovanni: «Vidi anche la città santa, la nuova Gerusalemme, scendere dal cielo, da Dio, pronta come una sposa adorna per il suo sposo. Udi allora una voce potente che usciva dal trono: ecco la dimora di Dio con gli uomini! Egli dimorerà tra di loro ed essi saranno il suo popolo ed egli sarà il 'Dio-con-loro'» (Ap 21, 1-3).

Il sacerdote vive profondamente il mistero dell'Emmanuele, del «Dio con noi». Quante volte nel suo ministero apostolico egli ripete le parole: «Il Signore sia con voi». Esse esprimono proprio il mistero dell'Emmanuele, cioè del Dio che è venuto ed ha abitato in mezzo agli uomini. Esprimono il mistero di Dio che viene costantemente e desidera dimorare in mezzo agli uomini per dividerne la sorte terrena con le sue gioie e le sue sofferenze. Infatti, che cosa sono il pane e il vino, che il Popolo di Dio porta all'altare, se non l'espressione simbolica di tutte le gioie e le sofferenze, di tutte le speranze e le attese, di cui l'uomo vive ogni giorno? Il sacerdote accetta questi doni dalle mani e dai cuori del Popolo di Dio, e li offre a Dio sull'altare, certo nella fede che essi saranno assunti da Cristo nel mistero dell'offerta eucaristica.

Quando sotto le specie del pane e del vino si rinnova il Sacrificio della croce, nei doni dell'uomo si rende realmente presente Cristo, il

Buon Pastore, per condurre l'umanità verso il « nuovo cielo » e la « nuova terra » (cf. Ap 21, 1), dove Dio asciugherà ogni lacrima, dove non ci saranno più né morte, né lutto, né grida di dolore, né fatica. In quel giorno passeranno le realtà di questo mondo e Dio, per opera di Cristo, farà nuove tutte le cose (cf. Ap 21 4-5). Il sacerdote dunque è, in un certo senso, il ministro della discesa di Dio verso l'uomo ed insieme dell'ascesa dell'uomo verso Dio per mezzo di Cristo. Mediatore, partecipa dell'unico Mediatore, che è Cristo.

« Vi do un comandamento nuovo: che vi amiate gli uni gli altri; come io vi ho amato, così amatevi anche voi gli uni gli altri. Da questo tutti sapranno che siete miei discepoli, se avrete amore gli uni per gli altri » (Gv 13, 34-35). Queste parole dell'odierna liturgia si scrivono nel giorno della vostra Ordinazione sacerdotale; parlano anch'esse di ciò che appartiene alla vostra vocazione. Il sacerdote è, infatti, un uomo che ha la profonda consapevolezza di essere amato da Dio. È un amore che egli stesso sperimenta in prima persona, insieme con tutta l'umanità, in Cristo crocifisso e risorto.

Se compito del sacerdote è l'«opus gloriae», questo può essere adempiuto soltanto mediante l'«opus caritatis». Consapevole di quanto sia stato amato egli stesso da Dio, il presbitero deve a sua volta diventare ministro dell'amore divino tra gli uomini. Risponde all'amore con l'amore. Ognuno di noi dovrebbe sempre ricordare le parole di san Giovanni della Croce: «Alla sera della vita saremo giudicati sull'amore» (Parole di luce e di amore, 57).

Carissimi neo-presbiteri della Diocesi di Roma! Bisogna dunque che fin dall'inizio del ministero abbiate una visione chiara dei compiti che nella vostra missione sacerdotale derivano dal comandamento dell'amore di Cristo.

È necessario diventare sempre più ministri di questo amore! Ministri, innanzitutto, dell'amore vicendevole tra gli stessi sacerdoti, in una singolare fratellanza tipica della vocazione e del ministero presbiterale. Ministri dell'amore verso ogni essere umano, specialmente verso i più bisognosi. Ministri capaci di imprimere lo spirito dell'amore alla vita delle comunità umane: delle famiglie, delle parrocchie, dei

vari ambienti sociali. Per adempiere ad un compito così vasto e diversificato ognuno deve aprirsi alla luce dello Spirito Santo, per comprendere che cosa Cristo attende da lui e rispondere alla chiamata del suo Signore e Maestro. Di fatto, dipende in larga misura dai sacerdoti, se gli uomini riconosceranno nelle nostre comunità cristiane i discepoli di Cristo che si amano gli uni gli altri.

Preghiamo, carissimi Fratelli e Sorelle, senza sosta per ottenere i doni dello Spirito Santo, che servono al ministero sacerdotale. Esso è uno spirituale ministero d'amore da esercitare in ogni ambiente sociale, nel quale i Neo-ordinati dovranno compiere il loro servizio. Come sono eloquenti, al riguardo, le parole della prima lettura presa dagli Atti degli Apostoli, dove Paolo e Barnaba rendono conto di quanto Dio ha operato per mezzo loro (cf. At 14, 21-27)!

«Mysterium fidei».

A partire da oggi voi, cari neo-sacerdoti, ogni giorno pronuncerete queste parole nel cuore del Sacrificio eucaristico, al momento culminante della vostra vita e del vostro ministero sacerdotale: «Mysterium fidei». Mistero dell'azione di Dio negli uomini e per mezzo degli uomini. Mistero dell'opera salvifica di Dio per mezzo della croce e della risurrezione di Cristo e mistero dell'azione divina compiuta mediante il ministero del sacerdote.

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

*Summarium Decretorum*¹

I. CONFIRMATIO INTERPRETATIONUM TEXTUUM

1. *Conferentiae Episcoporum*

Angola e São Tomé: Textus *lusitanus* Lectionarii Missalis Romani pro feriis Temporis Per Annum I (10 ian. 1995, Prot. 2427/94/L).

Textus *lusitanus* Ordinis Initiationis Christianae Adultorum (20 ian. 1995, Prot. 2415/94/L).

Textus *lusitanus* ritualis De Sacra Communione et de cultu Mysterii Eucharistici extra Missam atque Riti ad deputandum ministrum extraordinarium Sacrae Communionis distribuendae (20 ian. 1995, Prot. 2423/94/L).

Giappone: Textus *iaponensis* Ordinis celebrandi Matrimonium (24 mar. 1995, Prot. 1505/94/L).

Mozambico: Textus *lusitanus* Lectionarii Missalis Romani pro feriis Temporis Per Annum I (10 ian. 1995, Prot. 2428/94/L) .

Textus *lusitanus* Ordinis Initiationis Christianae Adultorum (20 ian. 1995, Prot. 2416/94/L).

¹ Decreta Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum a die 1 ianuarii ad diem 30 aprilis 1995.

Textus *lusitanus* ritualis De Sacra Communione et de cultu Mysterii Eucharistici extra Missam atque Riti ad deputandum ministrum extraordinarium Sacrae Communionis distribuendae (20 ian. 1995, Prot. 2424/94/L).

Nigeria, regione di lingua igala: Textus *igalus* Ordinis Missae atque formularum sacramentalium pro consecratione panis et vini (15 feb. 1995, Prot. CD 899/91).

Polonia: Textus *polonus* Missae et Liturgiae Horarum in honorem Beati Stanislai Kazimierczyk *presbyteri* (25 ian. 1995, Prot. 2488/93/L).

Textus *polonus* Missae et Liturgiae Horarum in honorem Beatae Mariae Angelae Truszkowska, *virginis* (25 ian. 1995, Prot. 238/94/L).

Portogallo: Textus *lusitanus* Lectionarii Missalis Romani pro feriis Temporis Per Annum I (10 ian. 1995, Prot. 2338/94/L).

Textus *lusitanus* Ordinis Initiationis Christianae Adultorum (20 ian. 1995, Prot. 2411/94/L).

Textus *lusitanus* ritualis De Sacra Communione et de cultu Mysterii Eucharistici extra Missam atque Riti ad deputandum ministrum extraordinarium Sacrae Communionis distribuendae (20 ian. 1995, Prot. 2412/94/L).

Slovacchia: Textus *slovacus* Missae votivae «De Dei Misericordia» (25 mar. 1995, Prot. 577/95/L).

Spagna: Textus *hispanicus* Missae votivae «De Dei Misericordia» (12 ian. 1995, Prot. 2463/94/L).

Textus *hispanicus* Ordinis celebrandi Matrimonium (31 ian. 1995, Prot. 2462/94/L).

Sri Lanka: Textus *anglicus* orationis collectae in honorem Beati Iosephi Vaz, *presbyteri* (10 ian. 1995, Prot. 1855/94/L).

2. *Dioeceses*

Bissau, Guinea-Bissau: Textus *lusitanus* Lectionarii Missalis Romani pro feriis Temporis Per Annum I (10 ian. 1995, Prot. 2430/94/L).

Textus *lusitanus* Ordinis Initiationis Christianae Adulorum (20 ian. 1995, Prot. 2418/94/L).

Textus *lusitanus* ritualis De Sacra Communione et de cultu Mysterii Eucharistici extra Missam atque Riti ad deputandum ministrum extraordinarium Sacrae Communionis distribuendae (20 ian. 1995, Prot. 2426/94/L).

Jalapa, Messico: Textus *hispanicus* orationis collectae in honorem Beati Raphaelis Guizar y Valencia, *episcopi* (16 ian. 1995, Prot. 2272/94/L).

Milano, Italia: Textus *italicus* orationis collectae pro Ritu Romano in honorem Beatae Ioannae Beretta Molla (7 feb. 1995, Prot. 2442/93/L).

Santiago de Cabo Verde, Capo Verde: Textus *lusitanus* Lectionarii Missalis Romani pro feriis Temporis Per Annum I (10 ian. 1995, Prot. 2429/94/L).

Textus *lusitanus* Ordinis Initiationis Christianae Adulorum (20 ian. 1995, Prot. 2417/94/L).

Textus *lusitanus* ritualis De Sacra Communione et de cultu Mysterii Eucharistici extra Missam atque Riti ad deputandum ministrum extraordinarium Sacrae Communionis distribuendae (20 ian. 1995, Prot. 2425/94/L).

4. *Instituta*

Barmherzige Schwestern vom hl. Kreuz: Textus *germanicus* orationis collectae in honorem Beatae Mariae Theresiae Scherer (19 apr. 1995, Prot. 558/95/L).

Compagnia di Gesù: Textus *tamil* Missae et Liturgiae Horarum in honorem Beatae Mariae a Strata ac Beatorum Iosephi Mariae Rubio, *presbyteri*, Iosephi de Anchieta, *presbyteri*, Francisci Garate, *religiosi*, Dyonisii Aloisii de Sancto Victore, *presbyteri* et *martyris*, Dominici Collins, *religiosi* et *martyris*, Ruperti Mayer, *presbyteri*, atque Michaelis Augustini Pro, *presbyteri* et *martyris* (4 ian. 1995, Prot. 1702/94/L).

Textus *anglicus* lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Alberti Hurtado Cruchaga, *presbyteri* (7 feb. 1995, Prot. 178/95/L).

Textus *germanicus* lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Alberti Hurtado Cruchaga, *presbyteri* (15 feb. 1995, Prot. 279/95/L).

Textus *italicus* lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Alberti Hurtado Cruchaga, *presbyteri* (7 mar. 1995, Prot. 378/95/L).

Textus *gallicus* lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Alberti Hurtado Cruchaga, *presbyteri* (31 mar. 1995, Prot. 565/95/L).

